Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-275815-p0001-9

B. 25.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-275815-p0002-5

34.

IPSO ACADEMIAE NATALI XXVII.
AVSPICIISQVE
SERENISSIMI POTENTISSIMIQVE
PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

FRIDERICI WILHELMI

REGIS BORVSSIAE MARCHIONIS BRANDENBVRGICI S. ROM. IMP. ARCHICAMERARII ET ELECTORIS SVPREMI PRINCIPIS ARAVSIONENSIS AC NEOCASTRENSIS DVCIS MAGDEBVRGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STETINI POMERANIAE CASSVBIORVM VINIDORVM MEKLENBVRGI ET IN SILESIA CROSNAE BVRGGRAVII NORIMBERGENSIS PRINCIPIS HALBERSTADII MINDAE CAMINI VANDALIAE SVERINI RACEBVRGI ET MEVRSAE COMITIS HOHENZOLLERAE RVPINI MARCAE RAVENSBERGAE HOHENSTEINI TECKLENBVRGI LINGAE SVERINI BVHRAE ET LEERDAMI MARCHIONIS VEHRAE ET VLISSINGAE DYNASTAE IN RAVENSTEIN TERRISQVE ROSTOCHII ET STARGARDAE IN LAVENBVRG BVTOVV ARLAY ET BREDA CETERA
REGIS ET DOMINI NOSTRI MVLTO INDVLGENTISSIMI

XII. IVLII HORA IX. CIϽ IϽCC XXI.

MAGISTRATVS ACADEMICI PERMVTATIO
INTER STATA SOLENNIA AC VOTA LAETISSIMA
FIET
AD QVAE
AVDIENDA ET CONFIRMANDA
PROCERES AC CIVES
OFFICIOSE
ET PERHVMANITER
INVITAT
ACADEMIAE PRORECTOR

CHRISTIANVS WOLFFIVS
POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS CONSILIARIVS AVLICVS MATHEMATVM AC PHYSICES PROFESSOR ORDINARIVS ITEMQVE REGIARVM SOCIETATVM BRITANNICAE ET BORVSSICAE SODALIS.

HALAE MAGDEBVRG.
Litteris JOAN. CHRITIAN. HILLIGERI, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-275815-p0003-0

FAcit publica incolumitas, facit Natalis ACADEMIAE XXVII. memoriam primæ ſtructuræ lycei noſtri in animum reuocans, vt bonæ exſultent mentes & ad maximarum rerum ſtudia ac præclara inſtituta humanarumque rerum & diuinarum luculentiorem cognitionem contentius perſequendam ſtimulentur. Neque enim meliorem ſequi vitæ modum poſſumus, quam quem ab initio & FRIDERICIANAE pueritia tenuimus ac ſapientiæ præſidio regiis præceptis exacte obtemperantes non ſine gloriæ ſeruauimus incremento. Vnica quippe præclaræ inſtitutionis ratio eſt, quæ in recto DOLORE & honeſta VOLVPTATE conſiſtit. Quam Platonis ſententiam ſicuti clarius illuſtrandam; ita ſectandam nobis haud temere iudicamus. Igitur dicimus, rectum dolorem videri, quem turpitudinis infamia excitat; honeſtam autem voluptatem reputari, quam magnitudo laudis cum fœnore progenerat. Quis vero neget, mollitiem, ignauiam, ac corruptos doctorum & auditorum mores nonnihil maculoſi continere? Quis non diſciplinarum ſtudium ea ratione inhiberi, & frangi animaduertat, vbi libido regnare, vbi inconſtantia vires acquirere occipit, vbi deſidiæ rumor, vbi temeraria & flagitioſa vita in vulgus innoteſcit? Sed nondum innotuit, nec innoteſcere potuit, quod animos Profeſſorum nunquam inuaſit. Manent vigiliæ: durant labores: eadem cernuntur in omni litterarum genere ſtudia: ad ſimilia incitantur diſcentium animi; ac ſicubi a tramite deflectunt, ad ordinem illico ac diſciplinam & numerum reuocantur. Nihil enim magis reformidamus, quam vitæ impudentiam, quam tetram libidinem, quam turbas atroces, quam mores illiberales, quam ignorantiæ tenebras, quam dedecus domi, quam infamiam foris, quam iram ſupremi Numinis, cui talis viuendi ratio placere neutiquam poteſt. Hic dolor noſter eſt, hic pudor, hic vehemens ille animi motus repellentis ignominiam,

ac turpitudinem omni molimine auerſantis. Contra vero nobis maxime arridet virtute honeſtiſque laboribus empta gloria; eamque pro præmio, & cauſſa feliciſſimi ACADEMIAE ſtatus accipimus. Namque hæc illa honeſta voluptas eſt, ob quam tot operas, & curas ſubimus, ob quam cogitationes noſtras in varias artes ac diſciplinas conuertimus, inanibus gaudiis repudium mittentes, & fluxam atque nefariam ſenſuum ſuauitatem penitus eiurantes. Probe namque intelligimus, hanc inſtabilem, illas conſtantes eſſe & perpetuas, ac REGI Sereniſſimo gratas eiuſque ſcopo valide conſentaneas. Hic enim nihil prius habet, nihilque antiquius, quam vt prægloriosi PATRIS illuſtre opus, hoc eſt, FRIDERICIANA inter applauſus doctorum virorum, & vberrimas exterorum ac ciuium laudes cumulatiſſime effloreſcat, infamiæque dolor, ac voluptatis honeſtæ appetitio nullo tempore intereat. Neque enim ſapientiſſimo PRINCIPI dubium hæret, quin amplificata academiæ laude, ſeruatiſque concordibus doctorum & diſcipulorum ſtudiis omnia ſint feliciter nobis euentura, ſi illo in curſu & virtutis laudabili contentione pergamus, & blandimenta vitiorum aſpernantes id tantum ſectemur, quod paullatim animos ad FRIDERICIANAM colendam & amandam, etiam in remotiſſimis oris, allicere aptum ſit.

Qua ſpe fretus potentiſſimus FRIDERICVS WILHELMVS, Dominus noſter longe indulgentiſſimus denuo ex aula decreuit, vt vicarius RECTOR hoc anno eligeretur, qui commoda ACADEMIAE promoueat, ſimulatque cum ceteris Profeſſoribus vigilaci cura proſpiciat, ne eruditionis ac virtutis fama, ne ſtudiorum probatiſſimus tenor, ne morum ſincera diſciplina, qua inprimis ad tantum amplitudinis gradum euecta eſt SCHOLA noſtra, vllo modo labefactetur. Cui fini ſicuti ſumma alacritate & deuotisſimo obſequio obſecundandum ſtatuimus; ita etiam

vna-

vnanimibus Concilii ſuffragiis Virum plurimum reuerendum ac probitatis & eruditionis gloria excellentiſſimum IOACHIMVM LANGIVM S. S. Theologiæ Dorem & Profeſſorem celeberrimum, Collegam nobis coniunctiſſimum elegimus; eumque poſt anniuerſarium munus a nobis deponendum ſolenni ritu ſtatiſque cærimoniis XII. Iulii recturæ initiandum publice annuntiamus. Nulli dubitamus, quin nobis noſtriſque Muſis perpetuo fauens illuſtriſſimus DANCKELMANNVS, Regis adminiſter ac Magdeburgici Regiminis PRAESES eminentiſſimus vna cum ceteris diuerſorum Collegiorum CONSILIARIIS ſpectatiſſimis præſentiam ſuam ſint commodaturi, quos propterea, vt & COMITES ac BARONES veterrima proſapia fulgentes, EQVITES nobilitate florentes, CIVES honeſto loco natos, CONSVLES, SENATORES, DOCTORES, SACERDOTES, ac COLLEGAS optimos officioſe eaque, qua par eſt, obſeruantia atque humanitate aduocamus, vocatoſque precamur, vt PRORECTOREM de ſtatione ſua diſcedentem beneuole audiant perorantem &, inter varia vota ac verba bona, nouum magiſtratum Academicum ſuis decoratum inſignibus colant, eique fortunata omnia apprecentur. Sic enim fiet, vt, dum ſinguli ſeſe ad huiusmodi officium humanitatis accendunt; nos tandem immortales vniuerſis perſoluturi ſimus gratias. P. P.

Halæ Magdeburgicæ IV. Idus Iulias CIƆIƆCCXXI.

Gb 1633.
4°
ULB Halle 3
001 611 763
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-275815-p0009-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-275815-p0010-9

34.

IPSO ACADEMIAE NATALI XXVII.

AVSPICIISQVE

SERENISSIMI POTENTISSIMIQVE

PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

FRIDERICI WILHELMI

REGIS BORVSSIAE MARCHIONIS BRANDENBVRGICI S. ROM. IMP. ARCHICAMERARII ET ELECTORIS SVPREMI

PRINCIPIS ARAVSIONENSIS AC NEOCASTRENSIS DVCIS MAGDEBVRGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STETINI POMERANIAE CASSVBIORVM VINIDORVM MEKLENBVRGI ET IN SILESIA CROSNAE BVRGGRAVII NORIMBERGENSIS PRINCIPIS HALBERSTADII MINDAE CAMINI VANDALIAE SVERINI RACEBVRGI ET MEVRSAE COMITIS HOHENZOLLERAE RVPINI MARCAE RAVENSBERGAE HOHENSTEINI TECKLENBVRGI LINGAE SVERINI BVHRAE ET LEERDAMI MARCHIONIS VEHRAE ET VLISSINGAE DYNASTAE IN RAVENSTEIN TERRISQVE ROSTOCHII ET STARGARDAE IN LAVENBVRG BVTOVV ARLAY ET BREDA CETERA

REGIS ET DOMINI NOSTRI MVLTO INDVLGENTISSIMI

XII. IVLII HORA IX. CIↃ IↃCC XXI.

MAGISTRATVS ACADEMICI PERMVTATIO

INTER STATA SOLENNIA AC VOTA LAETISSIMA

FIET

AD QVAE

AVDIENDA ET CONFIRMANDA

PROCERES AC CIVES

OFFICIOSE

ET PERHVMANITER

INVITAT

ACADEMIAE PRORECTOR

CHRISTIANVS WOLFFIVS

POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS CONSILIARIVS AVLICVS MATHEMATVM AC PHYSICES PROFESSOR ORDINARIVS ITEMQVE REGIARVM SOCIETATVM BRITANNICAE ET BORVSSICAE SODALIS.

HALAE MAGDEBVRG.

Litteris JOAN. CHRITIAN. HILLIGERI, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-275815-p0011-5